SAGRADA CONGREGACION DE RELIGIOSOS E INSTITUTOS SECULARES

Decretos del 2-II-1984

I

Iuris Canonici Codice attente considerato, innotutit in Constitutionibus et in Codicibus additiciis Institutorum vitae consecratae et Societatum vitae apostolicae nonnullas leges et normas eidem contrarias inveniri posse, aliaque in illis desiderari quae vi eiusdem Codicis complenda sint.

Ut autem in re tanti momenti rite et sollicite procedatur, Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus opportunum duxit quae sequuntur decernere.

1. Cum ad normam can. 6 § 1 Codicis Iuris Canonici propriae Institutorum leges eidem contrariae vim amittant, Moderator Supremus cum suo Consilio collegialiter eas definiat et Instituto declaret. In hac deliberatione omnes Consiliarii interveniant oportet.

2. Haec Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus facultatem tribuit Supremo Moderatori cum suo Concilio, ut, omnibus praesentibus, collegialiter procedant ad normas ferendas de iis quae Codex Iuris Canonici, singulis Institutis decernenda committit atque necessaria videntur ad lacunas iuris proprii Instituti complendas.

3. Quae autem Supremus Moderator cum suo Consilio ita decreverit,

I

Al examinar atentamente el Código de Derecho Canónico, se constata que en las constituciones y códigos complementarios de los instituos de vida consagrada y de las sociedades de vida apostólica pueden existir algunas leyes y normas que están en contradicción con el mismo y otras que deben ser completadas a tenor de dicho Código.

Para proceder rectamente y con toda solicitud en asunto de tanta importancia, la Congregación para los Religiosos e Institutos Seculares ha juzgado oportuno decretar lo siguiente:

1. Puesto que, según el can. 6 par. 1 del Código de Derecho Canónico, las leyes particulares de los institutos contrarias al mismo quedan abrogadas, el Moderador supremo colegialmente con su consejo identifique esas leyes y lo notifique al instituto. En esta deliberación conviene que intervengan todos los consejeros.

2. Esta Congregación para los Religiosos e Institutos Seculares da facultad al Moderador supremo con su consejo para que, estando todos presentes, procedan colegialmente a dar normas sobre aquello, cuya determinación el Código de Derecho Canónico encomienda a cada instituto y so-

statim usque ad proximum Capitulum Generale vim obtinebunt. Huius Capituli Generalis erit de iis ad normam iuris decernere Approbationi auctoritatis competentis ad normam can. 587 § 2 et can. 595 § 1 submittendae erunt eae normae quae in Constitutiones inserendae sunt, facultate tamen data quae Capitulum deliberaverit iam ante Sanctae Sedis vel Episcopi approbationem, in praxim deducendi, dummodo iuri universli non sint contraria.

4. Ad Monasteria Monialium quod attinet, quae supra decreta sunt supremae Ordinis auctoritati, si adsit, secus personae a Sancta Sede ad hoc delegatae committuntur.

Hoc Decretum, quod Sua Sanctitas die XXXI mensis Ianuarii approbavit, valere incipiet suamque habere vim ex quo ipso die editum erit in actis diurnis Civitatis Vaticanae quibus titulus est «L'Osservatore Romano», contrariis quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, die II mensis februarii 1984.

E. CARD. PIRONIUS, *Praefectus*
✠ A. MAYER O. S. B., *Secretarius*

II

Praescriptis canonum 607 § 2, 653 § 2, 654 Codicis Iuris Canonici attente consideratis, Congregatio por Religiosis et Institutis saecularibus quae sequuntur Institutis religiosis opportunum duxit statuenda.

1. Candidati qui, expleto novitiatu, ad normam can. 653 § 2 ad professionem religiosam admissi fuerint, in omnibus Institutis religiosis tria consilia evangelica voto publico temporario, exclusis alius generis vinculis, observanda deinceps assument.

2. Sodales qui aliis vinculis se devinxerunt, tempore ipsorum expleto, vota temporaria emittant pro reliquo tempore ad normam Constitutionum statuto.

bre lo que se juzgue necesario para llenar las lagunas del derecho propio del instituto.

3. Lo que así establece el Moderador supremo con su consejo tendrá vigencia inmediatamente hasta el próximo capítulo general. A este capítulo general compete decretar acerca de ello a tenor del derecho. Las normas que hayan de introducirse en las constituciones habrán de someterse a la aprobación de la autoridad competente según el can. 387 par. 2 y el can 595 par. 1, pero las deliberaciones del capítulo podrán aplicarse aun antes de la aprobación de la Santa Sede o del Obispo, con tal que no sean contrarias al derecho universal.

4. Por lo que se refiere a los monasterios de monjas, lo anteriormente prescrito se encomienda a la suprema autoridad de la Orden, si existe; en caso contrario, a la persona delegada para ello por la Santa Sede.

Este Decreto, que Su Santidad aprobó el día 31 de enero, entrará en vigor y tendrá vigencia desde el día mismo en que se publique en el periódico de la Ciudad del Vaticano «L'Osservatore Romano» sin que nada absolutamente obste en contrario.

Dado en Roma, el día 2 de febrero de 1984.

Cardenal Eduardo PIRONIO, *Prefecto*
Agustín MAYER, o. s. b., *Secretario*

II

Consideradas atentamente las prescripciones de los cánones 607 par. 2, 653 par. 2 y 654 del Código de Derecho Canónico, la Congregación para los Religiosos e Institutos Seculares ha juzgado oportuno establecer para los institutos religiosos lo siguiiente:

1. Los candidatos que, terminado el noviciado a norma del can. 653 par 1, sean admitidos a la profesión religiosa, en todos los institutos religiosos, se comprometen a observar en adelante los tres consejos evangélicos

3. Tempus cum alius generis vinculis peractum validum est ad computandam periodum, votorum temporariorum, professioni perpetuae praemitendam, ad normam Codicis (cc. 655 et 658, 2°) et Constitutionum.

Vigebit hoc ipsum Decretum, a Summo Pontifice Ioanne Paulo II die XXXI mensis Ianuarii approbatum, eo a die quo in lucem prodierit per acta diurna Vaticana «L'Osservatore Romano» inscripta.

Datum Romae die II mensis Februarii anni 1984.

E. CARD. PIRONIUS, *Praefectus*
✠ A. MAYER O. S. B., *Sècretarius*

con voto público temporal, excluidos los vínculos de otro género.

2. Los religiosos que se hubieran ligado con otros vínculos, expirado el tiempo de los mismos emitirán votos temporales para el tiempo restante establecido, según la norma de las constituciones.

3. El tiempo transcurrido con vínculos de otro género vale para computar el período de votos temporales que a tenor del Código (cann. 655 y 658, 2.°) y de las constituciones, ha de preceder a la profesión perpetua.

Este Decreto, aprobado por el Sumo Pontífice Juan Pablo II el día 31 de enero, entrará en vigor a partir del día de su publicación en el periódico «L'Osservatore Romano».

Dado en Roma, el día 2 de febrero de 1974.

Cardenal Eduardo PIRONIO, *Prefecto*
Agustín MAYER, o. s. b., *Secretario*